

cum fructibus post sententiam perciendis, usque ad rei realem traditionem, testatus bene Gaspa. Rodriguez. de anno reddit. lib. 1. quæst. 16 sub n. 27. Idem tenet ipse Bald. in l. 1. Cod. fi. mult. membr. per quem utroque loco relatum, idem sequitur Cardinal. Tusch. præt. concl. tom. 7. liter. S. concl. 12. n. 1. & seqq. & loquendo tam de fructibus naturalibus ex se, quam pro fructibus censu annui, vel menstrui, ut licet possit agi & condemnari reus pro futuris fructibus, & redditibus, latè prosequitur post alios Gratiam. in discept. forensibus tom. 1. cap. 1. 51. a. n. 34. cum plurib. seqg. & quod judex jure optimo possit reum comdemnare, ut debitam pecuniam solvat cum interesse lucri cessantis ad rationem quatuor decimæ (quaे hodie noviori Regio jure ad rationem vigesima est redacta, pendente, quamdiu satis solutio differatur, probat Gaspa. Rodriguez. ubi supra dict. n. 27. ad fin. dicens, quod hujusmodi interesse, quamvis sorti accedat, usura tamen non est, iuxta ea quaे ipse lib. 3. quæst. 5. dixit, & est. text. in l. socium qui in eo ff. pro socio: imo illud interesse assumere naturam sortis, secundum quaе ipsa met lib. 3. quæst. 10. & l. nomen, in princ. de leg. 3. 29. Nec obstant, que suprà diximus in contrarium, tractus futuri temporis ad judicem non spectare, quia non procedit, quando judicium fundatur in principali, quod est de præsenti, quia potest extendi ad accessorium de futuro, quia tunc potest sequi condemnatio pro fructibus tum de cursis, quam decurrentis, quasi ratione adjuncti sequatur hoc commodum, text. est in l. 1. C. de sent. que sine certa quant. & ibi notat Corneus in n. 2. Angel in princ. & ceteri communiter DD. Mol. de primogenitis, lib. c. 14. n. 18. Gaspa. Rodriguez. ubi proxime d. n. 27. qui etiam respondet ad dictam l. 1. §. 1. ff. de usu, in contrarium adductam, B. in l. 2. vers. tamen singulariter, in fin. C. de fideicommiss. Ozas. decis. Pedemont. 130. in. fin. 14. vers. nec. obstat. etiam. Atin. de executio. c. 7. c. 126. in fin. n. 2. 7. vers. & ideo non obstat illud. fol. 203. latè & optimè Gratianus in discept. forens. tom. 2. c. 151. a. n. 40. & supra à n. 34. bene etiam per Petrum Surd. decis. 120. n. 14. & 15. ubi bene explicat, imo dicit Capella Tolos. quæst. 30. & jus additio. quem sequitur Card. Tusc. præt. concl. tom. 7. liter. S. concl. 128. n. 9. & 10. quod si creditor occasione affictus vel censu, conveniat suum debitorem pro illo termino decursu, & pendeat iudicio maturavit alias terminus, poterit condemnari debitor in utroque termino, decursu tempore sententiae, maximè quia procedit petitio pro paga decursu tempore petitionis, & decurrentia, potest ferri sententia condemnatoria super utraque decursu, & decurrentia.

31 His autem casibus, quibus huc usque diximus, executorem non excedere, si fructus & interesse liquidet decursus post sententiam usque ad partitionem intelligendum est, si tales fructus à parte sunt petiti, non aliás, quia judex non debet impetriri officium suum inter partes, parte non petente, iuxta vulgaria iura, ut attestatur Anton. Capic. decisione 19. in fin. dicens, non fuisse per Senatum habitam rationem debiti inesse, quia non apparuit peritum. Vide sursum hoc cap. num. 18.

32 Sed quid dicendum in fide iussoe judicato solvendo, ut aliquid rei detur, an ipse teneatur etiam ad fructus perceptos post rem judicata? In quo negativè, scilicet ut ad illos post rem judicata perceptos non teneatur, resolvit Rebuff. tom. 1. ad const. Reg. tit. de literis obligat. gl. 9. num. 9. pag. 132. quam videtur sequi Azev. in l. tit. 21. l. b. 4. recop. n. 144. fol. 359.

33 Sed de hujusmodi resolutione merito dubitat difficillimè que videtur, Mieras de major. 3. part. quæst. 26. n. 47. nam si fideiustor obligatus est de judicato solvendo, & hujusmodi fructus usque ad rei restitutionem comprehendantur virtualiter, & ex natura rei, accesso-

riè ipsa sententia, & re. judicata (ut diximus supra) ergo ad illos tenebitur fideiustor, quod verius mihi videtur. Pro quo evidenter faciunt quæ nos in omnino simili questione & terminis resolvimus hac. 4. p. cap. 10. à num. 87. cum multis seqq. & in specie de fideiustore, ibid. à n. 92.

Contingit dubitari, qui ex vigore contractus, aut testamenti, vel alioquin modo, est condemnatus ad praestanda alicui impuberi alimenta usque ad pubertatem, an executorialium executor excedat, si condemnatum compellat præstare alimenta feminæ ultra 12. annos, & masculo ultra 14. §. 1. inst. quibus mod. tutel. fin. & l. si arrogat. §. non tamen ff. de adoptio.

Et quod non excedit, si condemnatum compellat præstare hujusmodi alimenta puellæ usque ad quatuordecimum, puer autem usque ad decimum octavum, probatur, quoniam ubi tractatur de praestandis alimentis usque ad pubertatem, pubertatem usque ad hoc tempus intelligi debere, docet eleganter, & exprefse Modest. in l. Melia. vers. certe, ff. de alim. & cibaris legat. Quam significationem alimentorum specialissimus favor pubertati attribuit, ut per illum text. dicit Crem. fin. 78. Roderic. Suarez. in l. quoniam. in priori ampliation. 3. in fin. C. de in eff. testam. nemaenf. in tract. claus. pag. 948. Angel à Gambellionis. in tracta. de testamentis, glossa 45. n. 9. Polebius in tractatu de substitut. in rub. de compendios n. 34. Corra. in l. precibus n. 18. C. de imponer. Pect. Surd. de alim. privileg. 58. Franc. Muñoz De Escob. in comput. 4. per totam, qui n. 4. existimat, ex rigore verbi pubertatis usque ad predictos annos ferri debere alimentorum præstationem, cum usque ad decimum octavum plena pubertas dici non possit ut in l. si arrogator. §. non tantum, ff. de adop. quæ plena pubertas, in hac alimentorum specie desideratur, ut tenet Accursi in dict. §. non tantum, verbo plena, quem sequitur Orosi. ibi. n. 2. Acosta lib. 1. selectar. interpret. r. Lara de alim. in §. sed verum n. 8.

Quibus adde, quod etiam in materia quantumcumque odiosa, & stricta, verba semper retinent suam propriam significationem, secundum subjectam materiam. Calderi in cons. 1. de consang. & af. Areti. in l. cum leg. ff. de testam. Angel. in l. tale pactum §. fi. col. 1. circa medium, ff. de pactis. Decius. in l. n. 59. & in l. factum §. in penal. num. 10. & in l. semper in obscur. num. 11. ff. de reg. jur. Abb. in cap. ex parte ult. 2. nota de decim. Cov. lib. 3. variar. resolut. c. 1. in fin. plurimos citavimus hac 4. part. c. 9. de execut. de re ad rem. 3. n. 120. vers. quibus sic seppositis, & vers. sequenti, ubi etiam quod ex verbis sententiae illud inferri potest, quod ex illis verbis de necessitate subintelligitur, ac secundum natum rei, & subjectam materiam, ubi plures ad id Doctores citavi. Ergo sequitur evidenter, ut hujusmodi equitor ad praestanda alimenta impuberibus non excedat, si predicto modo pubertatem, scilicet, usque ad 14. annum puerilla, & puer usque ad decimum octavum extendar, & quatenus Petrus Surd. ubi proxime n. 8. dicit hæc procedere in pueri paupere alendo, non indebet, justeque dessentit Muñoz dict. c. 4. ad. ff. quia in omnibus est accipendum.

His finitima est in jure illa non mediocris difficultas; priori sententia quis fuit condemnatus, ut ex tunc nempe à tempore prolatæ sententiae, vel intimationis, solvat tot annuatim simpliciter, vel forsitan causative vel delicti à tempore sententiae, interim dum non solverit principale, solvat ejus redditus, & ab ista sententia appellante condemnato iterum confirmato fuit datus, pro ejus executione equitor, quæritur, an excedet, condemnatum compellat præstare illos redditus à tempore priori sententiae confirmatae, vel à tempore dumtaxat posterioris sententiae confirmantis. Et quod non excedet probatur, quoniam confirmatio nihil novi dat, nec auger, nec minuit dispositionem, adeò ut nullum defectum,

defectum, aut obstaculum tollat, cap. 1. ubi gl. cap. cum dilato. cap. exam. de confirmat. util. vel inut. Fel. in cap. cum dilectus per tex. ibi n. 6. de fid. inst. Cassia. dec. uni. n. 2. de confirmat. util. & inut. Mand. in reg. 2. q. 10. n. 2. & designat. gratia tit. de confirm. in princ. Rot. decis. 702. n. 6. & dec. 78. à n. 5. part. 1. divers. & dec. 3. n. 6. p. 2. divers. Mol. de primogen lib. c. 9. n. 7. Hieron. Gonz. in regu. de alter. g. 45. §. 1. n. 75. & 76. ergo cum condemnatio vires assumat à priori sententia, non à confirmante, & illius tempus attendi, & inspicere debet.

38 Secundò, quia sententia referens se ad illud, puta instrumentum, aut sententiam, non plures, nec aliud operatur, quæ in ipso relato est, nec plus nec minus trahit, quæ quod in relato continetur. Rota decis. 40. n. 2. part. 1. divers. late Borgni. Cavalcan. dec. 19. n. 32. p. 3. dicens etiam quod sententia referens se ad acta, vel instrumentum dicitur in se continere omne relatum verè & expressè de verbo ad verbum, super relato judicasse, ergo ultima sententia dum per simplicem confirmationem se refert ad priorem, etiam illud tempus continere videtur, prout prior continet & hoc idem insinuavit Roman. conf. 45. quem referens sequitur Card. Tusc. præt. concl. tom. 7. liter. S. concl. 121. n. 3. quæ corroborabit pars ex mox dicendis.

39 Contraria tamen sententia multis validatur fundamentis. Primo quia actio non nascitur ex prima sententia confirmata, sed ex confirmante, glossa. verbo hodie in l. furti in princ. ff. de his qui notantur infamia. & glos. verbo. ablarus est in l. hirographis §. ult. ff. de administ. & in l. quis priore, verbo sed teneri ff. ad Senat. consul. Treb. & in l. eos. verbo, vel injuriam. C. de app. gl. notab. verbo. discussa in si. & cap. pastoral. §. præterea, de off. deleg. sequuntur communiter Doctores secundum Alexand. in l. 1. de re jud. n. 5. & alii relati per Azev. in l. 6. tit. 7. n. 3. lib. 4. recop. Amador Rodriguez. de execut. cap. 1. sub n. 18. vers. quæ sane pars, optimè Salced. in addit. ad Bernard Diaz. regul. 696. Gregor. Lopez. in l. titul. 27. part. 3. gloss. verbo, majorales. Rebuff. 1. tomo confirm. Franc. it. de sen. execu. art. 7. gl. 9. n. 5. & 6. Ferrarien. in praxi tit. de forma sententiae, in causa appell. vers. causa n. 3. Matthias Coller. in tract. de processibus executivis; 2. part. ex n. 97. ergo non tempus prioris sententiae, sed secundæ spectandum est.

40 Secundò pro hac parte facit, quia licet prima sententia confirmetur, ipsa tamen non ideo assunit vires, sed secunda est, quæ producit effectum, adeò ut retro non respiciat sententia confirmans, l. furti in princ. ff. de his qui notantur infamia, quia probatur, quod si reus ex famoso iudicio fuit condemnatus, in gradu appellatiois confirmatur, non efficitur retro infamis à die prioris sententiae, sed ex die posterioris, ut ibi, hodie notari puto, non retro notatur, &c. ergo executor non debet compellere ad tempus prioris sententiae.

41 Ultimò & pro hac parte facit text. qui videtur expressus in l. eos 2. C. de usuris rei judicata, ibi, ultra quatuor menses à die condemnationis, vel si provocatio fuerit portecta, à die confirmationis sententiae connumerando, &c. ergo expressa videretur hæc lex, ut tempus tunc attendatur in prima sententia, quando ad ea non fuit provocatum, sed transivit in rem judicata, appellatione autem interveniente, à die sententiae confirmantis.

42 Sed nihilominus priorem partem tutiorem arbitror, quoniam quando condemnatio sit cum aliqua qualitate, & per aliam sententiam condemnatio confirmetur nemini dubium est, ut confirmetur etiam qualitas, & sententia, quæ te ad illam refert, intelligitur in se continere primam condemnationem cum sua qualitate, ac si in utero priore de verbo adverbium haberet expressam secundum Rot. & Cavalcan. ubi supra & eo quod latissime notatur per doctores in l. si quis in aliqui document. Cod. d. probat. quos latè refert Ceval. in tom. 1.

com. contra commu. q. 44. per tot. & sententia referens se ad aliam sententiam, ut telligatur cum omnibus suis qualitatibus tex. in l. ait prætor §. 1. ff. de re jud. Cuman. conf. 2. 3. Car. Tuschi. præt. conc. tom. 7. lit. 5. conf. 126. n. 46. & nos quotidie videmus, quod prior sententia aliquem condemnat, ad redditus à die occupationis, vel litis contestationis, &c. si confirmetur, redditus exequuntur à tempore quo dixerat prior sententia, et si dictionem videtur, quod quādō aliquid respicit condemnationem, tempus prima sententiae confirmatae attendantur, quando autem respicit executionis, tunc tempus confirmantis; juxta notata infra c. 13. à n. 53. & seqq.

Non obstat in contrarium adducta pro secunda parte. Non primum, quod agitur ex secunda confirmante, non ex confirmata sententia, quia responderetur: nam ex quo se refert ad priorem condemnationem, quæ omnino attendi debet cum suis qualitatibus, nullum est impedimentum, & inconveniens, ex qua agatur. Ecce, actum est vigore cuiusdam instrumenti, lata est sententia facta condemnatione, ad illud se referens, jam non agitur ex actione instrumenti, sed actione iudicati, & nihilominus omnia exequuntur, prout in instrumento continentur, cum suis qualitatibus omnibus, vide quæ nos hac 4. part. c. 5. n. 28.

Nec obstat secundum ex a. l. furti, in princ. ff. de iis quibus ut indignis, quia ibi sententia prior simpliciter lata, est condemnatoria absque aliqua qualitate, & requisito cuius executionem, & effectum omni modo impedit appellatio subsequuta, si sententia lata fuisse cum aliqua qualitate, aut requisito, puta si declararetur infamis à tempore commissi delicti, si postmodum confirmetur simpliciter, quis dubitar, ut etiam intelligenti condemnatio infamie, seu declaratio ab illo tempore prioris sententiae confirmatae, quemadmodum enim unum repetitum intelligitur, scilicet condemnationem principalem, cur cetera adharentia non intelligentur; nec video rationem differentia.

Minus obstat textus in dic. l. eos ( licet difficultior appearenter videretur ) nihil enim ille textus rei, qua agimus, pertinet; loquitur enim in usuris decurrentis post rem iudicata, ex mora post eam interveniente, quando non parat sententia condemnatus, non tamen quando terminus aliquis apositus est in ipsa sententia, nec in ipsius ventre. Et ita disponit quatuor menses qui dantur cōdemnatus, qui currunt post rem iudicata, sive res iudicata sit per unam tantum sententiam, quæ transivit in rem iudicata, quia nulla emissio fuit ab ea appellatio; si ve post modum ea interveniente & emissio accedit confirmatio; quia ab eo tempore rei iudicata currunt quatuor menses dati, ut condēnatus pareat iudicatis, juxta quæ latè diximus ad prin. hujus cap. & si post illos non paruerit, currunt usuræ, hic casus illius textus qui longè distat à nostro, in quo quidem nihil tangit, quia non disponit de termino, & tempore solutionis in sententia appositum, sed de illo qui extra sententiam, & post illam accidere solet interveniente mora, & contumacia condemnati, & ita videatur dicendum in casu proposito nostræ difficultatis, ut executo non excedat attendens in compulsione illum terminum, specialiter appositum, & expressè in priori sententia simpliciter postmodum confirmata, cum ille terminus respicit condemnationem, non tamen executionem, & sic tempus sententiae confirmatae, cui inest, attendendum videatur.

Sed quid dicendum in sententia, qua quis est condemnatus in centum; & si intra centum, & limitatum terminum non solvat, sit condemnatus, & mittatur in triremes, vel exilium, vel solvat duplum, vel quadruplum, in quo post lapsum termini, non soluta pecuniæ, poterit ad pœnam corporalem comminata exequi sententiam hanc conditionalem iudex, ut latè prosequitur Farinac. in p. 1. crim. tom. 1. quæst. 26. num. 13. GGG 4 cunis

cum seqq. & num. 16. nunc queritur ( hoc themate recte) quid si in sententia nullus certus sit terminus appositus, ut puta si judex dixerit condemnatio Titium in centum, qua si non solverit, vel solvere non potuerit, fustigetur, vel transmitatur ad tritemes, aut aliam corporalem penam patiatur; tunc igitur quod tempus expectandum erit, ut cognosci possit, an velit condemnatus, vel valeat solvere pecuniam pecuniariam anteaquam deveniri possit ad corporalem, varii varia dixerunt, ut est videre apud Prosper. Farinac. ubi proxime num. 16. verior tamen, & rationabilior, arque sequenda illa videtur, qua docet expectandum esse terminum decem dierum, qui currant a monitione, & notificatione, ac intentione, ut tenet Augustin. in addition. ad 50 Angel. de malef. verbo, quas si non solverit intra decem dies, amputetur tili manus, n. 12. Prosper Farinac. d. num. 16. fundatur ex ea regula, quod ibi sumus in facto negativo, ad hoc ut quis incidat in penam, super requiritur monitio, cap extirpanda, & ibi Inno. Hoffiens. Joan. Andr. Anton. de Butr. Abb. & Imol. cum aliis ibi, de prob. & dignit. & aliis quos sequitur, & fert August. ibi proxime allegatus.

51 Memineris velim, quod quando sententia ita conditionaliter concipiatur, si lapsu termino apposito in sententia, condemnatus non solverit penam pecuniarum, poterit judex nihilominus facere executionem sententie pro pena p. canaria in bonis condemnati, absque eo quod contra ipsum exequatur corporalis pena, si ita fisco magis expedire cognoebit, ut per Batt. in leg. cum duobus, § fin. n. 2. ff. pro socio, & in l. si frater. §. idem respondit. cl 2. per illum text. ff. eodem tit. Angel. in l. si quando, §. heres ff. de legat. 1. & in l. si infamam, ad fin. ff. de verbis oblig. Alex. in l. non solum. § morte, circa ff. de novi oper. nuncia. Rom. in leg. 1. §. post operis ff. cod. refert & sequitur Iff. in §. pena n. 47. & 48. & ibi additio lit. p. la prima, instit. de actio. & quamvis aliqui relati ( sed non sequenti a Flamin, Cartario, loco mox citando ) dixerint, quod pena pecuniaria post lapsu termini sit transfusa in corporalem, & sic non possit amplius commutari; prior tamen opinio, & aequior est, & etiam magis communis, sicut testatur Contar. in tract. de executione sententiae capti banito, cap fin quem sequitur Prosper Farina. d. 10. 1. quæst. 16. num. 15.

52 Huc pertinet, ut sententia sequestrandorum fructuum majoratus in iudicio tenuare pendente, excedet executor, si fructus, non solum à die decreti perceptos, sed jam perceptos, & te ipsam sententiam sequestri, à tempore mortis ultimi possessoris majoratus sequestrat. Quam questionem ait partes examinat Christophor. Paz. in tract. de tenuta, tom. 1. cap. 11. per rotum. & quamvis pro illa parte, nempe, ut possit executor sequestrare omnes fructus, non solum post decreatum perceptos, sed etiam à die mortis possessoris ultimi, adducens varias, & elegantes considerationes, ac fundamenta, nihilominus tamen recte contrarium defendit, imo quod non possit sententia sequestri exequi, nisi in fructibus post eam perceptis, & percipiendis; non tamen in perceptis à tempore mortis possessoris jam, aliquibusque mediis eam tuerit, qua omnibus 53 verior est & sequenda, quam ibi latius disputatur videre poteris. Et generaliter quod sententia sequestri non comprehendat fructus prædicti temporis perceptos, sed extantes & futuros, tenet post alias Marec. variar. resol. l. 2. cap. 277. n. 24.

54 Nunc tractandum de eo, qui electus est ad officium, pro anno præsentis putat, vel in semestre, pro primo fuit impeditus ut munere propter objectiones sibi, & adversus electionem oppositas, & quod non fuerat recte nec solemniter electus; interim dum lis vertebaratur, lapsus est annus regiminis, & officii, vel ejus major pars, postmodum obtinuit, & declaratum fuit, ritè & recte

electionem factam fore, seque legitimè suo posse fungi munere; datus est executor pro hujus rei judicatae executione: queritur an ipse excedet, si loco lapsi temporis aliud subrogaret, ita ut redintegraret totus annus ad quem electus fuerat? Hanc questionem examinat B. in l. si uno, & item cum quidam, col. 2. ff. locat. & in l. si prius q. 10. ff. de novi oper. nuncia. Abb. per text. ibi in c. fin. ibi, ut tempus regiminis elaboratur, de jndiciis, in penult. notabili. ubi communiter omnes Canonistæ referunt, & sequuntur Bart. determinationem, & eam magis communiter ab aliis Doctribus teneri, affirmat Iff. in l. si ita stipulatus esset abs te, col. penul. in prin. latè & ad pares disputation Alvar. Vallal. cons. 1. 5. per tot. tom. 2. latè etiam Vincent. de Franch. d. 4. 19. per tot. 2. p. qui omnes concludunt, quod quando electio facta est pro tempore certo, limitato, & determinato, puta, pro hoc anno, pro anno proximo sequenti, &c. si tempus labatur, impedimento accedente non subrogatur aliud tempus, ut impleatur annus, quoniam alia est administratio, & opera unius temporis, alia vero alterius, & in illo causa non fit condemnatio pro hojusmodi redintegratione, & supplemento temporis, ut secus sit ( dicunt ipsi Doctores) quando in genere tempus appositum est, ut puto quia quennio, aut biennio, non adjecto, an de proximis, an de aliis. Prædictis tamen casibus habet electus recursum contra tertium iustitè cum impediementum uti suo officio, & sic non redintegratur, l. fin. cum materia, ff. de ec per quem factum erit, tex. in l. inde Nerat. §. idem Juli. ff. ad l. Aquil. habetur in l. C. de inst. & in l. si Titus statuas, ff. de condit. & demonst. Alvar. Vallal. ubi proxime num. 14, apud quos latè de hac materia.

Sed successivè queri potest, quod si facto tertii non est ortum impediementum, sed facto ipsius obligati, & pariter condemnati, ut puta, quis locavit mihi domum, aut agrum in biennium; aut quando legatus est mihi ususfructus in biennium à die mortis testatoris, & facto hæreditis vel locatoris, qui non permisit me uti; & dum vincitur, & condemnatur per sententiam, lapsus est tempus: an passim, saltim in estimatione, contra eum condemnatum exequi sententiam, & videbatur idem esse dicendum, veluti in causa superiori resolvimus. Sed nihilominus verius videtur in estimatione adversus hunc condemnatum principaliter aliás obligatum, posse procedere executionem.

Moveor ex ratione mirabilis textus in l. ususfruct. mihi in biennium 6. cuius sunt verba: Si usus fructus mihi in biennium continuum à morte testatoris legatus sit, & per hæredem fraterit, quoniam cum mihi daret, præterito biennio nihilominus tenebitur, quemadmodum teneretur, si res legata in rerum natura esse desisset, quam quis deberet, moratusque esset in eadanda, ut peti quidem iam ususfructus qui legatus sit, non possit, quia alius futurus sit, quam qui legatus fuerit, sed estimatio ejus bima dumtaxat facienda sit. Hactenus de dicta lege, ubi gl. & Doctores dant plures concordantes.

Cujus legis determinatione stante, recte succedit 57 juris regula, qua habet, quod quando quis est condemnatus ad rem tradendam, & præstandam, qua perit, vel obiit, & jam non est in rerum natura, potest vigore talis sententia fieri adversus obligatum debitorem condemnatum executio ad estimationem, & valorem rei, seu interesse, Did. Perez in l. 4. tit. 8. li. 3. ordinament. fol. 1078. Avile. in cap. præter. cap. 10. verbo, execution. num. 53. Parlador. lib. 1. rerum quorid. cap. 6. §. 2. num. 11. Cævallos in contra commun. tom. 1. quæst. 662. & ultra hos plurimos alias Doctores & jura adduximus supra hac 4 part. cap. 5. à n. 3. & est textus expressus in l. si novis. C de executione rei: judicata, l. qui restituere, ff. de rei vindic. l. Julia. ff. de confesl. l. tit. 27. p. 3. Ergo sequitur quod si contra locatorem vel hæredem lata sit sententia pro ususfructu, & locatione præstanda, & partienda,

## Pars IV.

& tempus lapsum sit, licet aliud subrogari non possit; tamen pro estimatione adversus eum procedere executionem absque reatu excessus, arbitrator, juxta fundamentalē, & juridicam rationem ejusdem legis, si ususfructus.

58 Tunc tamen excedere dicetur merus executor, quod dederit dilationem condemnato ad parendum, intra quam si non paruerit, illum excommunicaverit, quoniam excommunicationis sententia actus est jurisdictionalis, qua sine jurisdictione fieri non potest. Panormit. in cap. si sacerdos, num. 10. de off. ordinarii, pertinet enim ad jurisdictionem contentiosam, cum ferri non debet absque causa cognitione, c. nemo Episcop. quæst. 1. imo est meri imperii secundum Innoc. in cap. transmiss. de elect. Specul. in tit. de jurisdict. omn. judic. vers. secundum canones, n. 24. Panormit. in cap. quod sedem, de off. ordinarii, col. fin. idem in cap. cum contingat de for. comp. gloss. in d. cap. nemo ubi uterq. Cardinalis comprobatur. Paluda. q. 2. in 4. distinc. 3. latè Navar. in rep. sap. cùm contingat, 2. causa nullitatis corollario 6. ver. 6. infertur hinc sub executorum, at executor est incapax jurisdictionis, & sic dictum terminum ad excommunicandum dando exceder evidenter, exactius probat Nav. in d. c. cùm contingat quarta nullitatis causa per tot. dicens etiam, quod licet quod alios effectus possit etiam ille, qui nullam habet jurisdictionem terminum deliberatorium, puta, præfigere, ad effectum tamen infligendi novam excommunicationem, alius quam judex cum jurisdictione, præfigere non potest, ut post Fel. Innoc. Joan. Andr. Imol. Host. & alios, tener ipse Navarr. in d. quarta nullitatis causa.

62 Quid autem erit dicendum de executori cui ad aliquam sententiam exequendam, vel causa committitur cum termino limitato, puta, decem dierum, & vicissim pluris, vel minoris, in quo brevitatem terminum est facultas, ad procedendum cum terminis, & dilationibus, alias à jure in simili causa, tam ordinaria, quam executive concessis, & determinatis; an poterit iste executor abbreviare, & arctare predictos legales terminos, & illos regulari secundum terminum suæ commissionis assignatum, absque reatu excessus; quia ex eo videbatur hoc casu detegi ex inordinato processu, secundum quæ latius dicenda erunt inferius cap. 13.

Cui difficultati respondet, posse licite executorum absque reatu excessus, & quod magis est, nec etiam simplicis gravaminis, hunc terminum arctare, ita illum regulando, ut intra terminum sibi, jurisdictionique concessum, per superiore causâ terminetur, ita ut tres illi dies, seu etiam decem dati condemnatis, & executatis, ad opponendum, & probandum, in minus resolvantur, atque abbrevientur, quoniam si in iudicis ordinarii abbreviantur, multo magis hoc casu in summariali, nempe & executivi, abbreviari debent, non enim potest magnum terminum dare, qui arctatum limitatum habet, ut docet Bald. in cap. de causis n. 11. & ibi Abb. n. 6. per text. ibi de off. deleg. latè comprobatur, & resolvit Girond. in tract. de gabbell. 4. in princ. n. 5. usque ad n. 14. testantes de praxi, optimè etiam Bobadill. in polit. lib. 2. cap. 10. à n. 29. usque ad 63 n. 32. dicentes quod judex executor non debet expectare, ut sua expirat jurisdictione, cum tacite sibi videatur à superiore data facultas terminos arctandi, qui sibi illos restrinxit, & limitavit. Facit optimè ad propositum text. in l. 1. ff. de gland. legend. & in l. 2. tit. 3. lib. 4. recop. facit l. 6. tit. 18. lib. recop. Bar. in d. l. latè Fel. in cap. Eccles. S. Mar. n. 32. de constit. quibus adde quæ dixi 1. p. c. 13. n. 270. & supra.

## Cap. XII.

## 633

## CAPUT XII.

Ab executori perperam sententiam interprestante appellationi emissæ an non deferens, vim faciat; ubi latè & utiliter, qua interpretandum præ oculis haberi debeant.

## SUMMARIUM.

Interpretari sententiam an possit executor. n. 1.

Interpretari & declarare is potest qui actum gessit. n. 2.

Interpretari & declarare verba dubia sua scriptura an possit Notarius. n. 3.

Successor in officio & jurisdictione an possit intentionem predecessoris declarare. n. 4.

Interpretari & declarare voluntatem defuncti non potest heres. n. 5.

Declarandi facultas non transit ad heredes. n. 6.

Interpretatio pendens ex mera voluntate, fieri non potest per successorem. n. 7.

Interpretatio pendens à juris regulis, & principiis ex artis seu processu, cuiuslibet judicii successor pertinet. n. 8.

Judex delegatus subrogatus loco alterius delegati potest sententiam predecessoris interpretari ex verisimilibus conjecturis, apparentibus ex artis & processu, non autem ex mera voluntate. n. 9.

Taxare expensas quas sibi taxandas reservavit predecessor, potest judex successor. n. 10.

Etimi successor sibi reservaverit taxare expresso nomine proprio. n. 11.

Quia materia non potest concernere personam, sed jurisdictionem dignitatem, & tribunal, ibid.

Executor sententia potest illius facere declarationem interpretativam. n. 12.

Lab executor, ff. de appell. declaratur. n. 13.

Potest executoris regulariter à potestate superioris mandantis. n. 14. & seqq.

Interpretari suam sententiam non omnes judices ordinarii possunt. n. 15.

Executor mixtus respicit merum imperium. n. 16.

Executor dicitur non qui ordinaria, sed delegata potest aliquid exequitur. n. 17.

Verba debent intelligi secundum vulgarem modum loquendi. n. 18.

Communis usus loquendi prævaleat in interpretatione legis etiam divina. n. 19.

Interpretatio generaliter sumpta in quinque species distinguuntur, & quas. n. 20.

Interpretationis species quis deduxerit. n. 21.

Interpretatio ad duo capita reduci potest. n. 22.

Interpretatio propriè idem est quod congrua verbi vel orationis declaratio, seu expositio, ibid.

Interpretatio largè capitul pro correctiva seu extensiva, idem.

Interpretationem correctivam alius, quam Princeps facere non potest. n. 23.

Interpretationem extensivam non potest facere judex nisi circa accessoria & eodem die. n. 24.

Interpretatione propriè, prout est congrua verbi & orationis declaratio, quilibet judex potest facere. n. 25.

Declarationem interpretativā non alterantem condēnationem precedentē potest facere executor mixtus. n. 26.

Declaratio interpretativa sententia facta per executores, non inducit novum gravamen. n. 27.

Per declarationem interpretativam sententia quod obscurum est illuminatur & detegitur. n. 28.

Interpretativa declarationis qualitas est ut nihil novi inducat, sed actum præ existentem & præteritum ostendit. n. 29.

Declaratio inest actui declarato. n. 30.

Declar-